LECTORI.

LIbet ad finem huius hiſtoricæ Narratio-nis apponere ſententias conſolatorias, quas Coburgi ſub Comitijs Auguſtanis anno 1530. quidam Paſtor. D. Iohannes Groſch, qui Lutheri confeßionem, antequam is ad ſ. Synaxin accederet, aliquoties audiuit, in gratiam Viti Theodori petentis ſibi præcipuas ſententias, quibus ille abſolueret confitentes, conſcribi, collegit. D. Lutherus enim ſæpe prædicauerat ſingularem ſpiritum & animum, quo ille Paſtor in abſoluendis confeſſoribus præditus eſſet. Et cum hæ ſententiæ à Vito Theodoro poſtea oſtenſæ eſſent Luthero, adeo eæ placuerunt ipſi, vt illis vteretur ipſe magna cum delectatione. Et edidit Theodorus illas poſtea germanicè, quas Latinè pijs communicandas eſſe, & hoc loco repetendas, neceſſarium & vtile duximus. Faxit Deus, vt multorum mentibus & conſcientijs hæc quoq; opella noſtra ſeruiat.

Senten-